

repasuram libentissime, ut aliqua negotia mea  
perficerem, si scirem, quod inimici nostri etiam  
requiescere vellent et etiam sauciati nostri indi-  
gent medicamine. Voluntas tamen illorum  
est, qui adhuc sunt sani et non desperati, ut se-  
quamur eum. Et ille iam absconditus in castro  
suo, ut mus in muscipula, in quo clausus et  
reclusus est et pre timore nostri non audent in-  
spicere celum. Et si reciderimus, ipsum habet<sup>lie</sup>  
dare alienis stipendia, qui subveniunt in ad-  
iutorium sibi. Ipse etiam adhuc habet mili-  
tes, licet sunt feni et bene exaltari possunt.  
Insuper enim pudor desperare et cor dare po-  
pulo. Et quod quia possidere possumus castra  
ipsius, que perdamus si ad propria reverta-  
mur. Cuius consilium Theoderico cum suis  
militibus bene placuit. Unde Theodericus cum  
suis suis consilium, ut conduceret Saxones  
qui antea fuerant inimici Thuringorum  
ut venirent sibi in adiutorium et si Thuringi  
fridus vinceretur et exul fieret, quod ipsi obser-  
varent terram, quam iam possiderent in-  
perpetuum iure hereditario. Unde Saxones  
dixerunt Theoderico IX ducis cum IX militibus mi-  
litis sibi in adiutorium. Illi duces venerunt  
ad Theodericum unusquisque cum centum mili-  
tibus, alii vero sequebantur eos a latere. Qui bene  
susceperunt eos cum amicitia et vera veritate. Et  
dixerunt sibi fortiter ardescere et viriliter pugnare  
et vincere inimicos aut mori et non vivere. Et  
post illa dicta Franci mirabantur de magnitu-  
dine et superbia eorum, amictu et armis. Unde  
crines eorum dependebant ad scapulas eorum  
et omnes induti fuerant nobilibus vestimen-  
tis, proprie pythellil, habentes hastas longas,  
clippes breves, cultellos longos in lateribus suis.  
Unde aliqui ex Francis dicebant, non indigere  
tantorum amicorum, quia esset populus agrestis,  
et si deberent aliquoties in hac terra moram  
trahere devastarent regnum et terras francorum.  
At tamen Theodericus benivole recepit eos, rogans  
si possent expugnare et castrum Schidingen

1/ ipm 53

+ fccxlvi<sup>a</sup>

q) benevole